LIBERTATIS ANGLICANAE DEFENSIO,

SEV

DEMONSTRATIO:

Regnum Angliæ non esse feudum Pontificis:

In Nobilissima & Antiquissima Oxoniensi Academia, publice opposita

MARTINO BECANO Societatis Iesu Theologo & Professori ordinario

Ab ADAMO REUTER. COTB. L.



LONDINI

Excudebat Iohannes Beale, 1613.

On Adam Reuter ["Cottbusius L. Silesius"] cf. Ath: Ox: W. II. 420 Bliss.

This tract is exceedingly rare & was unknown to ye Brothers de Backer till brought under their notice by me. A.J.

A. Jessopp D.D.
Schol: Reg: Norvic: Mag

18 x 13 cm
(4), 32 p

10/-



REVERENDISS. NOBILISS. ILLVSTRISS. AMPLISS. VIRIS,

Regiæ Magnæ Britann. maiest.

à Consilijs sacratioribus

Salutem.



REcte Natura: *An*, præcedat *Quid*. Vnde præpostere fere nos. In *Quid* enim *Fidelitas*, viginti lectionibus publice *in alma Oxoniensi*, cum in *An* potius tum inquirendum. Hodie enim vix ab vllo, oculeus sit totus, inuenietur. Præterquam enim quod *nusquam fides*, nos, humi licet iacentes fortuna, *affinis* tamen infidelitate, cum prædicta tamen tum quam tutabamur, & tutamur iam infra humum præcipitamur *fidelitate*. Defuncta enim genetrice, vitricus rapit omnia. Nec inter *ciuiliter* tantum, sed & inter cognatos *naturaliter*, dominatur. Expertus loquor. Vrbis, patrui, sororis, fratrum calamitatem, vt fraudulenta, Viri impij, ex carcere optato ad decipiendum, cachinnat infidelitas? Nec hic subsistit. In *Theologos* vsque mouer. Ad quæ enim, *reuerend. & doctiss. Eliensis Episcopi* respondendo impar, haud candide tacet *Becanus*. Sed illum relinquamus *Illustriss. Elect. Brandenb.* cuius abutitur, alterum *cum consortibus*, vestræ, quam rident, iusticiæ. Hunc effectu vt vos, sic conatu nos, *Reuerend. Eliensis vestigijs insistentes* falsitatis

 coargu-

coarguamus, libertatem *Angliæ* defendamus. Noster autem hic quo augustior, dabitis veniam, eidem, *nomen vestrum* patrocinium si præfixerimus. Dabitis & iure. *Clementiß.* enim *Cantuariensis* quem auctoritate & munificentia, *Nobiliß. Ellesmere, regni Cancellarius*, voto, vos, *Nobiliß. Henrice Northampt. Comes priuat Sigilli Custos, Carole, Nottingh. Comes Angliæ Admiral. Thoma Dn. Howard hospit, Reg. Camerar. Guilielm. Dom. Knowles eiusdem Hosp. Thesaurar. Edward. Dom. Wotton eiusdem Contrarotulat. Edward. Coke capital. Angliæ Iusticiar. Iuli Cæsar Eq. Aur. Scaccar. Cancellar. & Subthesaurar. vosque reliqui Nobiliß. & Ampliß. Angliæ Consiliarij* adiutare dignabimini fauore & amore. Ex Musæo Cal. Decembr. Anno Domini 1613.

R. N. A.

V.

Humill. & obseruant.

ADAM REVTER.

Regnum Angliæ non est feudum Pontificis.



DE Esse *alicuius rei quoties quæritur*, duo *si adfuerint*, pro Esse, *sin abfuerint*, contra Esse *rei de qua, concludetur*. Verbum *nempe*, *&* Ius: *Illud propriè* Esse *respicit* naturæ *seu* creatum *& Theologicum*. *Hoc*, ciuile *&* politicum. *De* mundo *quæsitum si fuerit* an æternus, an creatus. *Illud negandum, affirmandum hoc. Vtrumq́; ex* verbo, *vt ex quo constet creatum mundum in principio. Si de* peccato, *non Esse fatendum*. *Simili ex fundamento, vult namq́;*: Omnia esse & constare verbo: *& ita vult*: omnia sine verbo, *qualia sunt omnia contra verbum*, nihil esse, *& ita* non esse. *De hoc quod, idem dicendum* de esse politico ciuiliue *Recte. Huius enim cum ratio iubeat illud constituamus causam, hoc toto genere à causa degenerare vt poterit? Fieri certè non potest, vt causa* ... *toto genere sit effecto deterior, producátue effectum totò genere à se diuersum. Hinc ab Ethnicis* ius *dictum* donum Dei: *definitum*, ars æqui & boni, iusticia *appellata* constans & perpetua voluntas: Iurisprudentia diuinarum atq; humanarum rerum noticia *Quodcunque igitur* de non esse iuris, *respectu Verbi, id & dicetur de* non esse rei *seu* facti, *respectu Iuris. Clarius, vt ius, contra verbum quod est, ius non est, cum* contra verbum quod, priuatiuum, *omni* iure sua natura positiuo: *ita* contra ius *quod est*, non est, *nec de eo prædicari poterit*: quod sit. *Exinde iCti*: Contrarium iuri *dicunt*, ipso iure nullum: contrarium iuri, contrarium & naturæ. *Vnde & inter* contrarium iuri, & contrarium naturæ, *inter* impossibile iure, *&* impossibile natura *nullam subesse differentiam. Nec refragatur illud tritissimum*: summum ius, summa iniuria; *nec hoc notissimum*: ius iniquum. Iniquum *enim non qua ius, sed qua* iussum. *Notandum hic* quæstionem iuris, *necessitate iuris velle antecedentem*.

Gen. 1. v. 1. Ioan. 1 v. 3.

Dio ys. c. 4. nom. diuin. L. 2. ff d. t. L. §. 2. inst. de I. & I. l. 10 ff. eod. d. l. 10. 1 §

L. 2. §. 3. ff. l. & l.

Zas ex Spigel. in lex.

cedentem

cedentem facti. *Illa namq; in præmiorum & pœnarum distributione.* *Et certissimum :* Ex facto ius : non *tamen* fiendo, *sed* factum ius ad factum hominis applicando, *vel puniendo, vel præmiando. Ius itaque antecedit factum hoc regulando, sequitur, idem pro qualitate vel puniendo vel præmiando. Methodum fundamentalem hanc si sequuti,* professoris Moguntini Martini Becani *positionem* : Regnum Angliæ est feudum Pontificis : *examinauerimus, falsissimam eam esse & ita non esse, inueniemus. Quia enim priuatiuum, quia contra ius, vt ius? vt feudum ? Dabit, confidimus, manus, contra ius, si vt volumus, esse demonstrauerimus. Ipse namq; vel proprio stabit iudicio. Concludit namq; & ipse :* Rex non habet primatum spiritualem qua Rex, quia si haberet, vel haberet iure naturali, vel iure diuino veteris Testamenti, vel iure diuino noui Testamenti, vel iure ciuili, vel iure canonico, vel titulo præscriptionis, vel consensu doctorum hominum. At nullo horum modorum habet. *Esse contra ius, quo euincamus melius, opere pretium ad* tria iuris obiecta *vt decurramus, ac ex singulis*, non Esse *deducamus. Sunt autem*, persona, res, actio. *Actio, non qua obligationis filia, sed qua factum hominis certo modo quid constituentis*. Ius *igitur* personæ ex *re*, rei, ex persona *explicandum. Vt enim non omnia omnibus personis :* duo *namq;* cum faciunt idem, non est idem : *ita nec omnia omnibus conueniunt rebus. Infinitum namq; differunt* patrimonium & ærarium, publica res & priuata : allodialis & feudalis. *Quo &* Scholastici: *Cuiusq; potentia, vel impotentia ex obiectis æstimanda, cum non quodlibet agat in quodlibet, sed quodlibet in adæquatum suum obiectum : cum receptiuum recipiat non ratione virium quæ sunt in imprimente sed ratione receptiuitatis quæ est in recipiẽte. Persona est* Rex, *quia Regnum.* Rex Angliæ, *quia regnum Angliæ. Ait enim :* Regnum Angliæ, est feudum Pontificis. *Ast quam sibi non constat falsitas! Hic implicitè quod affirmat, expresse id alibi negat. Negat regem superiorem populo, dum affirmat populum supra regem : & tamen in positione ait, regem esse dominum regni, & ita regem esse superiorem populo, dum ait*, regnum *à rege* factum feudum. *Nullius siquidem, præterquam* domini *est, constituere feudum. Sufficiens satis quæ tacendo refutaretur aut reijceretur : cum contraria* allegans neutiquam audiendus. *Ast vtraq; etiam contradictionis parte admissa, verissimum tamen* non esse feudum, *quia persona constituens* Rex. *Obiter.* Rex *consideratur &* vt homo, & vt Rex. *Aliter enim seruit Deo vt homo,*

Controu. Angl. c. 4. q. 9.

Controu. Angl c. 2. q. 1.

Ex Scholast. Scal. ex 16. sect. 2. vid. & l. 14. §. 1. ff. quod. met. caus. iunct. l. 18. ff. dol. mal.

d. c. 4. q 9.

d. c. 4. q. 9. n. 13

1. F. 1.

mo, aliter vt Rex. Illo modo fideliter viuendo: *hoc* leges iustas exsequendo. *Quo & Anglicani periti* iuris: Rex duo habet corpora: Naturale & Politicum. Illud passionibus obnoxium, infirmitatibus naturæ, infantiæ, senectuti subiectum. Hoc econtra nullis passionibus obnoxium, infirmitatibus naturæ, infantia, senectute exemptum. Hoc officium continens, gubernationem & maiestatem regalem, & exhinc omnem defectum corporis naturalis tollens, cum maius, ad se minus trahat dignum. *De vtroque hoc, ijdem:* Corpora, *inquiunt*, hæc duo in vna sunt corporata persona, corpus nimirum corporatum in corpore naturali, & corpus naturale in corpore corporato. *Hactenus iCti Angli. Ad rem. Vbi aduertendum circa decisionẽ quæstionis generalem:* Quamlibet concessionẽ factam de iure, quod quis habet in tali fundo vel loco nihil operari, si non probetur de iure concedentis. *Non igitur est Pontificis, cum factum constituentis contra ius, ideoq́ iure nullum. Si enim Rex, ex sententia* ipsius Becani, *superius relata, vt & aliorum* Seruantij *nimirum* Bellarmini, Philotei, Marianæ, *inferior populo, vt (falsissime tamen: meministis enim, nos regum potestatem à Deo immediatè, fusius ex hoc loco probasse: apparebit infra ad verbum Natura) quia constitutus à populo: Constitutus autem inferior constituente: facto suo inferior superioris ius lædere nullo modo potuit. Testis*, natura, & Becanus *ipse. Ex præscripto illius immotum:* Nemo potest alteri dare, ipse quod non habet, *cum impossibile natura:* Priuatiuum esse constituens positiui. *Accedit* ius, *quo decisum:* Nemo plus iuris in alium, quam ipse habet potest transferre. *Huius testimonio idem verissimum. Vt enim excuset factum* Sigismundi imper. *in comburendo* Huss *asserit imperatorem facto suo superioris*, Pontificis, *ius lædere neutiquam potuisse. Dicet*, populum consensisse. *& ita, inferioris, Regis nempe, factum, consensu superioris. i. e. populi firmatum. Hoc videtur velle. Quia expressè:* Nec proceres, *inquit* regni nec clerum reclamasse sed approbasse indicant verba. *Malè tamen. Quia nec ipse Rex consensit iure, quia coactus, vt inferius palam.* Mortuoq; Richardo nobilium pars Iohannem, pars Arturum sequebatur. *Contra formulam concessionis ab ipso Pontifice conscriptam, à Iohanne inuito subscriptam, ipse loquatur contra* Becanum Rex Gallorum. *Sic Polydor:* Audiuit Francus quæ legatus (*Pontificis*) exposuerat. Sed nullis rationibus adduci potuit, vt auxilium principib. Angliæ negaret, asse-

rens

d.23.q.4.c.1 Ecclesia in fin.
T.M.4.Eliz.

Hier. de Mōt. fin. regund. c. 89.n.3.& 9.
Mandos p:iuil. ad instar. q.5.n.3.
Vid. scriptor. pro pontif. in causa contra Venet.
Vid. coroll. 2. disp. nost. in iur.
c.6. maior. & obed. Bec. q.5 misc. de fil. hæret. seru.
Speckh. cent. 1 q.1.
d. q.5. miscell.

Virgil. lib. 15. hist. Angliæ.
d. lib. 15.

rens, Iohannem non esse legitimum regem Angliæ, quod regnum à principio Arthuro nepoti eripuisset, ac postea tam oblitus sui, quam immemor patriæ, inimicusq; suæ dignitatis cessisset ipsius regni iure Romano Pontifici, & is illud sibi legitimè partum affirmaret, & quia id sine principum consensu fecisset, iam suo delicto omni regio honore priuatum esse: *Et quis consentiret inimico, regnum adipisceretur?* Innocentius, *inquit idem*, non nihil sibi inuidiè apud omnes parauit ex eo studio, quo Iohannem Regem, quem cognouerat minus probum, complecteretur. *Replicabit:* factum *hoc* post iam constitutum feudum. *Non negabimus. Posito tamen, neutiquam autem concesso, consensu, metus nunquam vt tolletur, sic consensus, ob superius allatum testimonium & Regis & regni, nunquam probabitur. Quid quod & ipse dicat* Becanus, *consensum non esse, reclamatum esse: licet post iam peractam resignationem, legitimè tamen, quia illegitimè facta resignatio, vt pluribus deducemus. Iure enim pro homine intercedente factum hominis non requiritur. Iure quoq; cautum:* initio viciosum, nullius temporis potest conualescere tractu: nec alterius per alterum deteriorari potest conditio. *Valebit igitur reclamatio post resignationem, quia hac illegitima. Nullum igitur iam* regnum Angliæ *feudum pontificis, imò nunquam feudum fuit pontificis, cum reclamatio vel postea facta, retrotrahatur iure ad ipsum momentum primæ resignationis. Quidni igitur articulus hic regni* Anglicani *locum sibi vendicaret in ipsa resignatione vel ante? hic autem ille:* Quamuis corona Angliæ, & iura eiusdem coronæ, ipsumque regnum, fuerunt ab omni tempore retro acto adeo libera, vt Dominus summus Pontifex, nec aliquis extra regnum se intromittere debeat de eisdem, tamen præfatus Rex literas Apostolicas impetrauit, in quibus graues censuræ proferuntur contra quoscunque qui dictis statutis in aliquo contrauenire præsumpserint. Quæ omnia contra coronam & dignitatem regiam, ac contra statuta & libertates dicti regni tendere dignoscuntur. *Et hoc itidem statutum;* **Forasmuch as the King hath ordained these things, that is to say, unto the honour of God and holy Church, and for the common wealth, and for the remedy of such as be grieued, hee would not, that anie other time it should turne in preiudice of himselfe, or of his Crowne, but that such rights as appertaine to him should be saued in all points.** *Hoc volunt igitur in effectu verba hac statuti.* Concessio facta

d lib. 15.

d. n. 13. c. 4 q. 9

Act. dep. R. 2. M.S.

Westm. 1. c. 48 rit. Concessio facta Eccles. semper sine preiud. coron.

facta à Rege Ecclesiæ in honorem Dei, & in vtilitatem reipublicæ, semper sit sine præiudicio regis & coronæ concedentis omnibus in articulis. *Mirum quoque cur consensum vrgeat populi, cum tamen expressè fateatur regem dominum: quia* donationem *adstruit* modum, *quo* regnum Angliæ *factum potestatis pontificia. Cum enim* donatio *sit modus adquirendi dominium, non nisi à domino legitimè. Quod autem lege quis facit permittente, iure fecisse existimatur, Et de dominio ius*: Vnusquisque rei suæ dominus ac arbiter est. *Et cautum legibus Decemuiralibus: vti quisque legasset sua rei, ita ius esto.* § 1 inst. leg. Fa'c.

Contrarietas sane apertissima: Esse dominum rei: & interdici alienatione rei. Nec diffitemur interdici. Sed quia Vicarius Dei in terris Rex; *impius quoque & Ethnicus.* Octauianus *namq;* & Tiberius *vices gerebant Dei. Fatetur* Aquinas. *Rectè. Vtriusque namq; custos decalogi tabula. Dicit* scriptura. *Fatetur* Dauidis, Salomonis, *aliorum pioru vita, regum impiorum* pœna. *Vnde & à* solo Deo. *Dicto scriptura loco. Accedente &* historico, *qui (verba sunt* Antonini orat. ad Senat. *apud Herodian.)* Vos, *inquit,* Dijs gratias agite, quod alterum vobis principem seruauerint. Imperium autem Iupiter sicut ipse inter Deos solus possidet, ita etiam vni tantum mortalium adiudicat. *Suffragante &* populo omni Anglicano: Nostre seignior le Roy considerant coment Dieu tout puissant de sa grace luy ad mise en le honorable estate du Roy. *Adstipulante &* iCto *dum*: à Deo Regum potestas: *ait. Vnde & post scripturam & spiritum sanctum* Dei *in terris vocantur rectè* ministri, *à solo qui syndicantur Deo.* Vicarius *igitur, vt, precariò, & vt Vicarius, quod habet possidétue* quoad administrationem tantum *in alium transferre poterit, persona maxime certa industria & diligentia electa?* Stricti iuris mandata omnia & præcepta. *A strictis ne minimus quidem declinandi apex. Sic enim iure statutum humano. Sic diuino.* Obedientia *namq;* constant regna, *& iura corona.* Obedientia *non tantum subditorum respectu Legum & Principum, quod asserit* Iulius Ferret: *Verum & Regum & Principum respectu superioris, Dei nimirum, quod adstruit* Samuel, *reiectio probat* Saulis. *Propius ad rem. Exemplo est: Interitus* Prophetæ *alia via ingredientis. Factum viri Dei* Moisis, *in mandanda sibi à Deo mandata cumulatiue solum iurisdictione vel exercitio eius, expressè diuinam concessionẽ aut assensum diuinum inquirentis. Et aliàs notum:* Solius

de Regim. lib. 2. c. 16.
Rom. 13.
Herod. lib. 3.
Stat. 1. H. 4.
Durand. de mod. gen. cóc. rubr. 3. n. 1.
Rom. 13.
Ant. Corset. pot. st. reg. p. 3. n. 11.
August. Dulcet. de synd. n 9.
tot. tit. ff. & C. de mand.
de re naual. lib. 6. n. 4.
1 Sam. 15. 23.
1. Reg. 13.
Exod. 18. 23.

Tot.tit inst. ff. adm.tutor.tot.tit.ff. iurisd. item d. off. ei. cui mand.iurisd.

Dei esse transferre regna, datéue. *Infinita quoque inter* administrationem & dominium *ipsum differentia: Et illa demandata hoc demandantis solius remanet in arbitrio. Estq; illius inclusio exclusio huius. De quo ius consulatur. Tam igitur falsum translationem regni fieri potuisse à rege, quam falsum inferiorem superiori, hominem dominari Deo. Multum largimur* piæ causæ. *Maximè namq; fauorabilis. Omni etiam iure. Cum reseruatione tamen semper:* Saluo iure superioris. *Quod autem hic ius superioris?* Non sunt facienda mala vt eueniant bona. *Consonat:* Spolio vnius altaris ditare alterum, impium. *Tale autem hic committi, vel ex iam relatis clarum: vel ex ipsius,* Becani *verbis clarissimum. Quod tamen, hominem* Theologum, professorem ordinarium, *ob rationis paritatem illius de quo ipse, & ad qua textum iam applicat adducendum, & huius de quo nos & ad qua, non obseruasse, est quod miremur. Non existimo, negabit,*

Rom. 13.

omnem potestatem à Deo ordinatam, omnem, gestare gladium à Deo in defensionem bonorum, punitionem malorum, sibi commissum. Cur

2. Cor. 13. 10

igitur neget applicationem horum Apostoli *verborum:* Secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non

Contr. Angl. c. 4. q. 6. n. 4.

in destructionem: *nil est quod vrgeat. Nil est quod respondeat, si obiecerimus argumentum proprium:* Omnis potestas politica data est Regibus, alijs magistratibus politicis in ædificationem, & non in destructionem. Ergo Rex non potest vti sua potestate in destructionem, sed tantum in ædificationem. Vteretur autem in destructionem, si gladium de manu poneret: regnum resignaret, imperio se abdicaret. *In destructionem* sui suorumq;, *&* subditorum *Sui suorumq; Fraudat namq; suos iure, contra ius. Ius enim aufert successionis, & ita hereditatem, à suis. eosdem insidijs omnium exponit. Iusticia sublata & gladio, regnet necessum iniusticia, praeualeat iniuria, dominetur rapina, imperitet malitia. Dubitanti satis-*

Gen. 2. 16, 17

factura libri iudicum, *lectio. Et quid? Status integritatis non poterat sine lege constare, & status corruptus sine rege? Sine rege autem fuisse regnum eo tempore, resignatio quo facta, inferius apparebit. Quam procul itaque à veritate* Becanus! *Tam certè, vt Ethnici ipsi,*

Nouell. 71. § fin. & Nou. 12 §. illud. etiam.

natura edocti, eundem manifestissimè refutent. Patrem *enim rectè* regem dicunt patriæ. *Patrem,* non quoad curam & administrationem *saltem, quam* quoad causam constituentem, naturam *scilicet.*

l. 30. in fin. C. de fideicom.

Pater autem patris officio vt sese abdicare poterit? Tantum abest, vt nullo modo id natura possit. Immotum namq;: Nemo potest naturaliter

taliter velle contrarium eius, quod natura vult, vel non vult. *Hinc, quasi cōtra naturam quid, miramur vnum vel alterum regnum oblatum recusantem, omnem natura idem per fas & nefas appetentem videmus sine admiratione. Ex quo patet*, reges Angliæ vi coactos *fecisse, natura obstante fecisse, iure facere neutiquam potuisse, cum & in vtroque, patre scilicet & rege, par sit omninò ratio. At frustra moramur hic. Ipse namque semetipsum conficit* Becanus. *Asserit namque, quoad secundum testimonium*, Regem Iohannem, *ante resignationem*, mortuum *fuisse*, interfectum *fuisse*, regno priuatum *fuisse*, regnum alteri *ab ipso pontifice* datum *fuisse. quia asserit* excommunicatum *fuisse. Hoc quod fuerit testantur historici.* Iohannem *namq; contumacem* pontifex admonet, *totam Angliam ob contumaciam* interdicto includit. *Clam ex Anglia* Londinēsis, Eliensis, Wigorniensis, Bathoniensis & Herefordensis *abeunt.* Iohannes *ob interdictum* bona *clericorum* præcipit confiscari. Iohannes *nominatim* excommunicatur solio regni *à pontifice* deponitur, executio Philippo *Francorum Regi ab eodem* demandatur. Scripsit insuper pontifex omnibus magnatibus, militibus, alijsque bellatoribus, per diuersas nationes constitutis, vt ad regis Anglorum deiectionem cruce sese signarent. Pandulphum ad Gallum mittit, exsequatur. Sententia in Gallia promulgatur. Franco & omnibus iniungitur Angliam hostiliter accedant, regem à regni solio deponant. *Et* Polydor. Virgil. Iohanni, ob eiectos monachos sacris interdicitur ab Innocentio. à Pandulpho, pontificis legato peruersitatem deponat admonetur. Sed nihil proficit legatus. Sed Reginaldum insuper Bononiæ Comitem, Iohannes, publicè licet iudicatum impium, suscipit. Vrgentibus Episcopis Anglicis omnibus, Pontifex populos à iureiurando absoluit, Ioannem regni administratione priuat, regem Franciæ cæterosque Christianos principes, Iohannem, tanquam Dei publicum hostem persequantur, admonet. Illud *quod fuerit non diffitetur* Becanus *ipse. Sic enim habet:* Obiter notandum, hæc ferè pro eodem vsurpari in Scripturis & Patribus. 1 Excommunicare aliquem, 2 eijcere de Ecclesia, 3 auferre de medio, 4 tradere Satanæ, 5 habere pro Ethnico & Publicano, 6 nec cibum cum illo sumere, 7 nec cum eo commisceri, 8 arcere à communione fraternitatis, 9 sacramento benedictionis exautorare, 10 communicatione interdicere, 11 à communione orationis, & omnis sancti com-

Paris 1208.

Lib. 15. hist. Angl.

Contr Angl. c.3. q.1. n.3.

cij relegare. Et ſpeciatim aduertit Auguſtinus quęſt. 39 Hanc formulam loquendi: Auferte malum ex vobis: aliter accipi in veteri Teſtamento, aliter in nouo. In veteri idem eſſe quod Interficere: in nouo, idem quod Excommunicare. *Vnde ſubijcit.* Hoc nunc agit in Eccleſia excommunicatio, quod agebat tunc interfectio. *Interfectum itaque, depoſitum, regno priuatum, dicere potuiſſe regnum idem quo priuatus, regnum idem ab eodem Pontifice alteri donatum, alteri dare contra ius contra naturam eſt. Vt enim pontifex reuocare poterit ſemel à ſe,* Becanus & alij *vt volunt pontificij legitimè factum & conſummatum? Niſi* pontificem *ſupra extollamus legem, quod ſemel illi placuit amplius diſplicere eidem non potuit. Rex regno priuatus, vt illud, quo priuatus, reſignare? Niſi contra rationem ſtare velimus, fateamur oportet:* Neminem alteri dare poſſe ipſe quod non habet. Contra naturam eſſe priuatiuum conſtituere valere poſitiuum. *Pluribus* ex perſonæ *conſtituentis* qualitate *poſſemus, pro,* non Eſſe *quæſtionis noſtræ concludere, aſt quia ipſe noſtras tueatur partes* Becanus *& ob vicinitatem rei & perſonæ alia huc quoque ſpectantia ſeſe offerant argumenta, ad rem ipſam deſcendamus quæ* Regnum. Regnum, *inquit,* Angliæ eſt feudum Pontificis. *Exordiemur à definitione. Quæ varia à varijs. Ab* Eizingero: *Regnum, eſt, per vnum legitima publicæ ſalutis adminiſtratio. Rex eſt legitimus publicæ ſalutis adminiſtrator. Ab* Aquinate: *Quod alios habet ſub ſua prouidentia. Ab* Hiſtorico, *de imperio licet, ad regnum tamen ſine iniuria referri poterit: Eſt cura ſalutis humanæ. A* Caluino iCto: *Eſt monarchia, ſeu vnius principatus adminiſtrantis rempublicam ad vtilitatem communem. Igitur* regnum ius eſt quoddam, *conſiſtens in* dignitate *&* honore, præeminentia, poteſtate, conſilio, adminiſtratione *reipublicæ. Poſſemus & aliorum, ſed pro tempore ſuffecerit retuliſſe* noſtram. Regnum, eſt multitudo populi vnius arbitrio natura ſubiecti. *Dicimus eſſe* multitudinem. *Ad differentiam Oeconomicæ adminiſtrationis poſſeſſioniſue, quæ & ipſa* regnum. *Facit vulgare:* Domi ſuæ quiſque rex: *quod ab ipſa antiquitate manaſſe* ex Homero *recte comprobat* Roterodam. *Accedit & hodiernus* Sueciæ, *vt fama conſtat, mos, quo Rex, ſubdito, ruſtico licet, apud quem diuerſatur, honoratiorem concedit accumbendi locum. Adſtipulatur & auctoritas Ciceronis, qui:* Quare *inquit,* negaſti te fuiſſe laturum niſi in regno meo eſſes. *Proprie tamen eſt* multitudo. *Rex enim eſt, ait* Aquinas, *vniuerſalis*

Contro. Angl. c.4.q.9.
Li.1.Pentapl. 4.d.49.q.1. art.2.
Am. Marcell. lib.29.
in lexic. Iur.
in Adag.
1. de Orat.
in Pſalm. 2.

cui gubernatio committitur. Vnde & vsu: Regnum Angliæ, regnum Scotiæ, regnum Hiberniæ, pro omni natione populóue Anglicano, Scotico, Hibernico. Addimus populi *in singulari: vt notemus differentiam inter* regnum *&* imperium, regem *&* imperatorem. *Hæc enim duo ab auctoribus & historicis plerunq; licet confundantur, re tamen distincta sunt & manent.* Regnum *enim* vnius, *vt dictum, est* populi, *seu gentis nationísue.* imperium *autem* multarum *& diuersarum linguarum*, gentium, *nationúmue. Sic testatur* Herodian. *Suffragatur* vsus. *Qui, cum publicus, probatione vlteriori supersedemus. Extra oleas quodammodo.* differentiam *notamus & aliam inter imperium & regnum. Est autem* à modo constituendi. Illud *enim* vi *&* armis. *Cum enim natura nemo libenter seruiat alteri: nihil enim magis contra naturam, quam potestati alterius contra naturam subijci: extraneo maxime: Regi enim extraneo nemo libenter seruit, est apud* Q. Curtium: *& tamen multæ nationes diuersæ vnius arbitrio subiectæ inueniantur, quod vel tituli imperatorum negantem edocere poterunt, qui, vt plurimum à deuictis gentibus, & quia post partam demum ab hostibus victoriam,* victori, imperatoris nomen *tribuebatur, facilime constare poterit* imperium vi incepisse *antiquitus. Vis autem illa cum semper renouetur appellatione imperatoris & cum vi simul & tyrannis, cum tyrannide autem semper odium in tyrannum, & ex odio, ex parte subditorum quibus imperatur insidiæ, ex parte imperantis ob insidias metus, ex metu supplicia & tyrannis, imperatoris nomen recusauit* Tiberius, *ab eodem abstinuit* Claudius, *vt inuidiosum reiecit* Pertinax, *recepit* Cæsar, *vt iure cæsus existimetur. Ad vim respiciens &* Faustus Quintellus Augur: imperare *ait*, non debet, qui aduersario armis resistere nequit. *Et* Zenobia, imperatorem asserit, vincere qui nouerit. *Et:* postquam fama vulgauit, quæ Pertinax in Senatu dixisset, vel ad populum scripsisset, læti omnes agitare, sperantes, socium se & clementem principem, parentémq; adeo magis quam imperatorem habituros. *Alludit Thomas:* imperator, *dum ait, trahit* nomen à supremo dominio. *Quo & factum, vt* Octauianus Dominum *se dici prohibuerit. Vt autem imperia contra naturam, sic regna initio constituta sunt natura postea malitia hominum contra naturam mutata. Initio enim* Deus ipse Rex *populi sui: populo suo* constituit & elegit *Regem. Et* Romani, *primum Regem ob singularem virtutem reueriti sunt, vltimum, regno contra naturam abutentem regno eiecerunt.*

Lib. 2. & lib. 3.

Suet. in Tib.
id. in Claud.
Herod.
Suet in Iulio.
Spart. in Iulian.
Treb. Pollio. de trig tyr. c. 29.
Herodian.
Reg. lib. 3. c. 12.
Aqui. l. 3. c. 16.

Cic. pro leg. Manil.

[illegible]lib.27. *iecerunt. Hinc*, inter Romanos Scipio *regis nomen accipere noluerit, vtpote intolerandum* Romæ, *& ob rempublicam à regibus euersam, & arreptum dominatum, inuisum.* Octauius Augustus *cuncta* principis nomine *sub imperium acceperit*, non regno neque dictatura, sed principis nomine *rempublicam constituerit, cum alias* regum nomen *Romæ* sanctũ. *post eiectos tamen* Tarquinios *odiosum.* Aliorum regum, qui pop. Rom. nec socij nec amici erant, nomen Romæ sanctum fuit: sociorum vero & amicorum sanctissimum. *Et rescriptum* iure canonico: Generale pactum societatis humanæ, suis regibus obtemperare. *Et quamuis* Poëtæ *regnum non secus quam imperium vocent*, tumidum, superbum, minax, magnum, ferox, tremendum, belligerum, inuidiosum, durum, violentum, insolens, &c. *tamen id proprie ad imperium, a tempore saltem* regifugij *referendum erit ad Regnum. Ad vlteriora deproperantibus occurrit ordine* Vnius. Regnum *est* multitudo populi vnius arbitrio natura subiecti. Vnius *dicimus, discrimen vt notemus inter* hoc & Aristocratiam & Democratiam. *Nec potest esse* nisi vnius. *Deum enim ipsum repræsentat, caput est, anima est regni Rex. Monstrosum autem, duo vnius corporis constitui capita, duas vnius corporis animas.* Vnus, *quia Deum repræsentat,* Moses, vnus Samuel, vnus Saul. *Diuinam cum rex repræsentet maiestatem,* Homero & Isocrate auctoribus, *solus regnet. Penes vnum si gubernatio est,* regiam *dici, recte censet* iCtus. *De quo, cum nulla inter doctos disputatio, misso eo ad* arbitrium *progrediemur*: Regnum est multitudo populi vnius arbitrio natura subiecti. Arbitrium, *in malam quamuis vt plurimum sumatur partem, & tyrannidem magis significet quam regni administrationẽ legitimam, vel vsu & consuetudine testantibus, in bonam tamen nos hic. Superius enim* regem *diximus* Dei *esse* Vicariũ *& surrogatum Deo. Sapiat igitur necessum naturã cuius surrogatum, quod, licet* liberrimum agens *nullisq; adstrictum legibus, nisi propriæ & liberrimæ voluntatis,* bonum *tamen & iustum. Quo autem magis accedat naturam cuius surrogatum rex, & quo magis liberrimi sit arbitrij,* legem *constituentis & surrogantis discere iubetur & legere. Quia nimirum* in vita legibus conformi arbitrij consistit liberrima facultas. *Vnde &* Cicero *conuenienter huic*: Ideo legibus viuimus, liberi esse vt possimus. *Et ad arbitrij libertatem etiam in ipso innocentiæ statu leges fuisse necessarias, supra, ex scriptura probauimus. Ideo tamen quoque vsi sumus*

vocabulo

Dio.lib.43. Tacit.lib.1.

Zas.in l. 2.§. Exact. ff.O.I. C. quæ contra d.8.

Ayman Riuallius hist. iur.ciu.l.1.n.3

vocabulo arbitrij, *vt notemus, recte & conuenienter dictum à iCto:* princeps solutus legibus. *Cum enim rex constitutus vt defendat regnum & tueatur, seu vt conseruet, quod* iusticia *sit: regni autem compages* natura *mutationi obnoxia, ita vt mutetur cum tempore, sæpeq; occurrant necessitates, clamantes:* Hoc tempus aliam vitam, alios mores postulat: *pro circumstantiarum qualitate legibus omnibus vt sit solutus, facit qua ligatus semper lex:* Salus populi suprema lex esto. *Hac lege igitur obstrictus rex, salute scilicet populi promouenda.* Natura *namq;.* Est *enim* regnum multitudo populi vnius arbitrio natura subiecti. *Quia cum imperium & vis contra naturam, natura, ob conseruationem sui ad virtutes natura respiciens* virtute præditos reges *sibi elegit In hunc finem omnes natura factos reges, probat vox petentis regē* Israel *, probat vox respondentis, probat constituentis. Probat imperator* Iustinianus. *Defensio autem cum natura etiam animantibus irrationalibus: esse & media omnia defensionis, natura, nemini dubiū esse poterit. Nam:* Qui dat formam, dat cuncta requisita ad formam: *Et:* qui dat aliquid, dat simul & id, sine quo, datum quod est, expediri nequit. *Generale quoque est pactum societatis humana suis regibus obtemperare, habet constitutio iuris canonici. Quo recte nixus ipsemet ad rem nostram* Becanus: Fatemur *inquit*, Catholicos in Anglia non solum posse, sed etiam debere, suo Regi fidelitatem & obedientiam præstare in rebus ciuilibus, non minus quam id faciunt Catholici in Hispania, Francia, & alibi. *Ratio est, quia* ius naturale postulat, vt subditi fidelitatem & obedientiam præstent suo superiori, in ijs rebus in quibus superior est. *Auctoritatem mittimus* Aristotelis, *mittimus & animalium instinctum:* Ius *tantum adducemus* Anglicanum, *quod natura regem datum manifestissimis fatetur verbis:* **Our said liege Lord King** Edward **the fourth, his true, righteous and naturall liege Lord.** *Habentur hac in Act. Parliam.* Ed.4. tit. Actus corporationis nec non confisc. inter al. ad cor. Angl. in perpet. de Ducatu Lancastriæ. *Hinc &* imperia iusta *vetus lex statuit, hoc est,* secundum naturalem rationem *vera, & in omnibus reipubl. partibus absoluta, receptaq; à sapientissimis hominibus communi consensu, quibus perinde velut bonorum morum ac instituenda vita parentibus ciues libenter pareant, non tam metu pœnarum, quam honestatis amore. Naturam tamen dicimus,* Deum neutiquam excludimus, *sed maximè includimus. Ethnici enim quod* naturam, *Christiani meritò*

L.31.ff.LL. Iustin. Imper. in prœem inst. & ibi interpp.

1. Sam. 8. 5, 6, 7, 9, 19, 20. Nouell. 72. §. fin. Nou. 22. §. illud etiam. L. 2. 3. 4. ff. I. & I.

l. fin ff. off. eius cui mand. iurisd. c. quæ contr. d. 8. c. 3 contr. Angl.

in Polit.

vocare

In Par. ad Remp. Venet.

vocare poterunt Deum, *cum, vel ipso* Bellarmino *adstruente, iure naturæ quod fit, iure diuino fieri recte dicatur. Ipsi quoque pagani* Naturam Deam *dixere*. ICti *insuper nostri, vt &* Canonistæ *dum asserunt*, ius naturæ esse quod natura omnia animalia docuit, *& tamen de iure omni in genere, id esse* donum Dei, *quid aliud quam nos? Adstipulatur &* Poëtarum *hac in re non exilis auctoritas. Hi enim non secus vt Deum ipsum, sic* Naturam *dicunt:* parentem rerum, creatricem rerum, initialem, omniferentem, omniparentem, omnipotentem, operariam, longæuam, &c. *Ex iam dictis facile apparet, quam velimus, de qua loquuti, libertatem & qualitatem* arbitrij, *quem* dominatum, *quod* regimen, *quam* subiectionem. *non* seruilem *qua, imperatore teste, contra naturam, sed* honestam, *qua natura & libertati naturali conuenientissima. Breuiter, qua* rationis *est*, non coactionis. *Cum enim* Coactio *infirmitatis vt plurimum in cogente signum, in coacto peruersitatis, dominatum contra naturam potius, quam verum, constituet, imò euertet. Ventre enim in caput insurgente & ventris & capitis ruina sequatur oportet. Quid quod &* amore regna *stabilieutur, metu euertantur*. Vt rex prosperetur in regno, duo sunt necessaria, quod diligatur, & quod ei credatur. Aquin. c. 10. Amoris *autem* mater ratio. Hæc *autem cum* esse *sit &* substantia *legum, qua de ratione, de legibus quoq; intelligenda. Recte itaque qua* Aquinas *de ratione:* regere, *inquit*, & gubernare proprie est rationis: *item de prouidentia:* regere & gubernare est actus prouidentiæ: *nos. de* legibus & iusticia. *Ad nostrum corroborandum, cum multum faciant qua recte* Thomas, *adscribere placuit: facilimè applicentur ab vnoquoque ad propositum.*

Arg. l. 3 ff l. & l. 21. q. 47. 12. 4. d. 49. q. 1. art. 2. q. 5.

ad c. 3. Esai.

Deus, *inquit*, comminatur regiminis subuersionem tripliciter, *scilicet, quia* subtrahuntur *à regiminis officio* idonei, præficiuntur indigni, & refutant vocati. *Aufert* Deus *idoneum à regiminis officio* tripliciter, *quantum ad* potestatem, *quantum ad* sagacitatem, *quantum ad* auctoritatem. *Potestas ad regendum & ad compescendum insolentias* in tribus *consistit: in* fortitudine corporis, *quoad complexionis vigorem*, membrorum robur, *&* cibi multitudinem: constantia cordis: exercitio bellicæ artis. *Sagacitas seu sapientia ad regendum habetur* tripliciter: humana institutione: diuina inspiratione: *&* dæmonis reuelatione. *Auctoritas in regimine necessaria ad reuerentiam consistit in* tribus: officij dignitate: morum honestate: vultus maturitate. *Sunt* indigni *pralatione regiminis*

giminis dupliciter: *quantum ad defectum* sapientiæ *&* ætatis: *quantum ad* defectum virtutis. *Effectus regiminis in perturbatione populi est* triplex: vniuersalis distensio: amicitiæ dissolutio: ordinis confusio. *Sed* ad naturam. *Semper ad conseruationem sui quod tendat, vel animalia ostendunt bruta. Regna cur instituta, idem. Mores quoque* gentium *&* Israelis *verba. Volunt namq;* regem, qui iudicet *&* ducat: qui foris defendendo, domi regnum conseruet ius administrando. *In hisce duobus, omnis actus consistit regius. Sic enim* Iustinian. *imperator. Sic* Aquin. *Regimen communitatis est, vt ordinatè & pacificè bonum commune dispensetur, aliquo sententiante, imperante, defendente. Appositè* ius canonicum: Regia potestas institu'a, vt mali à malo coherceantur, & boni quietè inter malos viuant, *Regum proprium est facere iudicium & iusticiam. Neutrum autem horum cum esse possit* sine pietate, *testibus illis quæ initio statim à nobis dicta, & Theologorum* scholis *omnibus, & ipsa* sacra pagina, *naturam cum dicimus & subiectionem & dominatum*, legem Dei *haud omittimus, sed omne ad illius normam in omni regimine directum volumus. Nam:* monstrant regibus astra viam, *vt habet Symb.* Iohannis I. Francorum Regis. *Et* Carol. 9. Pietate & iusticia. *Dei enim & ministri sunt, Deique gerunt vices. De quo tamen cum pluribus alibi, hic tacemus, & ex re ipsa,* regno, *feudi constitutionem nullam, sic probamus. Resignans regnum, resignat & naturam. Resignans naturam, resignat & Deum. Regnum igitur resignans, Deum ipsum resignat. Ratio consecutionis ex iam superius relatis plus quam manifestissima. Negabit? Audiat. Qui regnum deponit, deponit & gladium. Hunc qui deponit, iusticiam deponit & pietatem. Ergo qui regnum deponit, iusticiam deponit & pietatem. Neutram antecedētium reijciet homo Theologus. legat epistolā* Pauli *&* Petri: *libros itidem* Iudicum. *Ethnicorum quoque regnorum perpendat constitutionem. Si dicet, resignationem ideo factam quia Rex impius. Nihil ad rem. Rex quoque Ethnicus, & ita impius, Dei minister, Vicarius Christi. Probauimus supra ex* Thoma. *Adducimus nunc aliud probationis genus. Consulat locum. Progredimur: pietatem & iusticiam qui deponit, impietatem cumulat & iniusticiam. Ergo regnum qui deponit impietatem cumulat & iniusticiam. Illud manifestissimū. Sublata enim pietate et iusticia ponatur necessum impietas, iniusticia. Nullum enim datur inter hæc duo medium. cum enim* iusticia *nihil aliud quam* iniusticiæ priuatio, *positio* iniusticiæ

In procœm. Inst. 1. d. 9. 3. q 5. c. non frustra. & c. regum ibid. & q 4. c. qui peccat. d. c. regum.

Lib. 2. Reg. 16. 2. Reg. 14. 24. iunct. v. 27.

Gell. lib. 6. c. 1.

nihil futurum aliud quam priuatio iusticiæ. *Mutare poterimus commodè ad nostrum hoc illud* Senecæ: *Homines nihil agendo, malè agere discunt: dicendo: Homines non piè agendo, impie agere discunt. Pergimus. Iniusticiam & impietatem qui accumulat, bonos interficit, malos, non puniendo, præmio afficit. Ergo Rex regnum deponens, bonos interficit, malos, non puniendo, præmio afficit. Rationes & supra iam relatas, & rationem testes assumimus communem. Bonos qui interficit, malos qui præmio afficit, rempublicam euertit. Ergo regnum qui deponit, rempublicam euertit. vltra iam positas, facit auctoritas* Thomæ, *qui:* Rex in regno, sicut Deus in mundo, *& anima in corpore. Anima autē & Deo sublato, à quo auferūtur, intereat oportet. Rempubl. procedimus, qui euertit, impius, tyrannus est. Ergo rempub. qui deponit impius, tyrānus est. Videat quo impietatis prolabatur resignationis propugnator, resignationis violentus auctor procurator. Piè nos & naturæ, & verbo & iuri conuenienter fecerimus si resignationē nullam, vtpote contra naturā, verbum, ius, imperatam, præstitam, dixerimus. Qui enim resignat dominatū regium, resignat & obedientiam, obedientiam & quam rex suo, & quam subditi suo debent superiori. Atqui obedientia hæc resignari nequit. Ergo nec dominatus. Maior ex ipsa natura patet correlatiuorum, quæ talis, vt sublato vno tollatur & alterum. Confirmatur illo Dei irati.* Non te, sed me *reiecerunt, ne regnem super eos. Minor tam aperta, vt probandi nos leuet onere. Tam enim insuper necessaria ad conseruationem humani generis, vt non secus vt dominium rationis, sic & obedientia in ipso integritatis in Paradiso inceperit statu: renouata fuerit a diuina maiestate, læsa, semper punita diuina ira seueritate. Ad scripturam & exempla prouocamus. Quid, quod non paucos regiam potestatem vt susciperent coactos legamus, vix vllos, qui adeptam, hoc modo, vt* Becanus *hic asserit, resignarent, inueniamus.* Natura *enim, in definitione vt dictū, Natura autem cum immutabilis, & ita quoque præcepta & mandata ex natura profluentia, tamdiu cum* Becani *ipsius contradictionis parte altera contra alteram stabimus, donec probatum ab eodem fuerit, ius illud naturæ esse hoc in casu immutatum. A* natura *enim &* Deo *quod reges habent vel regibus datum, non nisi a natura & Deo mutari potest. At a Deo vel natura hoc mutatum non constat. Quid quod & ipse Regem resignantem sic, accuset ignauum & legis diuinæ transgressorem. Inquit enim:* Illi sunt ignaui, & iuris diuini transgressores, qui non faciunt officium quod ipsis iure diuino commissum est.

c. 2. de Regim.

Contro. Angl. c. 1. q. 3. n. 12.

c. 4 q. 4. n. 1.

est. At reges resignantes sic non faciunt iure diuino quod sibi cõmissum. Ergo sunt ignaui & iuris diuini transgressores. *Asserit, ob rationis identitatem, resignationem in praeiudicium successorum factam, nullam. Ius enim regni annon ad heredes Regis? Haud negabit: Cum vel iure diuino cognitum,* familiam Saulis & Dauidis *à Deo vnà cum Dauide & Saule inuestitam. Et idem iure* Regni Anglicani *vnicuiq; obuium, Hereditarium enim. Per tyrannidem itaque Pontifex sibi illud vendicauit. Tantum ergo & lucretur, quantum* Athalia. *Imò plus. Athalia namq; ait regnum consensus quodammodo firmauit subditorum,* Becano *teste. Pontificis neutiquam, vt superius demonstratum. Ex iure igitur ciuili & natura recte concludimus,* nullam *fuisse* resignationem *quia contra ius omne. Est enim res alienari prohibita. etiam in testamento, ne quidem in praeiudicium alienantis: nec in casu necessitatis: ita vt nec pro anima dari possit. Hinc & concludimus verbis* iCti: *qui:* Regna *inquit,* ciuitates, imperatores, populos, aut loca imperij Romani, neque pacto, neque priuilegio vllo ab obedientia eiusdem imperij *(quod idem de priuilegio Anglicani regni naturalis libertatis, vt adstruamus, nihil est quod impediat.)* eximere posse, ac proinde pactum de his etiam iureiurando munitum, aut priuilegium, ipso iure non valere. *Et alterius:* Reges *inquientis,* non possunt alienare bona regni, etiam ex consensu populorum: nec praeiudicare successoribus alienãdo, nec contrahendo, nec alio quouis modo. *Re absoluta, ad* actionem *ipsam seu* modum *quo Regnum Angliae feudum dicitur constitutum Pontificis, deproperabimus. Duplex autem a* Becano *allegatur modus,* Donatio, *nempe, &* resignatio. *De illo idem:* Ab antiquis, *inquit,* temporibus regnum Angliae factum est feudum Pontificis, ex donatione Regum. *De hoc ex* Math. Paris: Idem, *ait,* rex resignauit coronam suam. *Et iterum:* Scribit Math. Paris regem Galliae indignè tulisse hanc resignationem. *Et mox:* Cum intelligeret, inter Pontificem & Ioannem per resignationem regni pacem confectam. *Sed vterq;, causa facti, quae solùm attendenda, inspecta, talis, vt iure omni nullus, quia vterque iuri, quia pietati, contrarius. Huic, & ita illi, quia facta resignatio ob finem iure diuino nullum. Facta enim* pro remissione omnium peccatorum nostrorum *(resignantis)* & totius generis nostri *(resignantis)* tam pro viuis, quam pro defunctis. *Factum regnum vectigale* in remissionem peccatorum suorum totiusque generis sui. *At hoc propriè*

c.3.q 3 n.5.
Zas. de feud. p 4. n 1.
Corn. Beninc. de paup. & ei. priuil spec. 10 in contr. n. 11.
Redoa. reb. Eccl. non alien. rubr. 18. n. 104.
Id c. 39. n. 6.
Zoan. de Rõ. imper. n. 169.
Melch. Palaez tr. maior p. 4. n. 56.
d p. 4. q. 1. n. 53
q. 1. c. 2. n. 8. contro Angl.
c. 4 q 9 n. 7. n. 8.
Vid. instrum. resignation. Walsingh. hypod. Neu.

cum ad Theologorum *pertineat scholas, eò remittimus: tantum addimus, resignationi huic vt & donationi generaliter obijci cum effectu*
1. Sam. 16. 22. *posse illud* Samuelis: Obedientia melior quam sacrificium. *Regere autem & portare gladium a Deo sibi commissum, præcepti esse, nemo inficias ire poterit. Deinde & ideò nulla, quia, contra ius omne, analogiam egreditur pœna & delicti. Quod omne ex verbis manifestissimum* Virgilij, *qua:* Cœterum, *habent*, has reconciliationis leges, qui secuti sunt reges, minimè seruarunt, neque Annales Anglici de eiusmodi deditione loquuntur. Quare illa omnia onera Iohanni tantummodo, qui deliquisset, imposita, non item successoribus sustinenda fuisse, satis constat. *Esse autem pœnam, nec ipse denegare poterit* Becanus. *Ait enim* ob rebellionem: *ait*, vt coërceretur Iohannes. *Quare autem ad resignationem in perpetuum ad læsionem iuris & libertatis successorum pœnam illam trahat haud percipimus. Scit certè homo* Theologus *iure cautum diuino:* Anima, quæ peccauerit morietur. Filius non portabit peccatum patris. *Et iure quoque ciuili:* Noxa caput sequitur. *Quia quoque factum à Regibus* Henrico & Iohanne *metu factum constet, factum constare vt poterit? Loquantur ipsi historici, ipse, contrarius sibimetipsi hoc in puncto, contra se loquatur* Becanus. *De Henrico secundo sic ex historia Henricus secundus, anno regni* 17. *anno Christi* 1170. *filium coronari fecit regem: Thomam interficit. quo facto: Tum verò, sequitur*, idem Rex, dum ferè omnes in eum beati viri necem refunderent, & Francorum maxime principes aduersus eum, tanquam in verum certumque tantæ enormitatis auctorem sedem Apostolicam instigarent, responsales Romam direxit. *Et:* Anno Christi 1173. Henrici secundi 20. facta est execrabilis & fœda dissensio inter ipsum & filiam eius Henricum tertium, quem ante bienniũ in Regẽ fecerat solemniter consecrari. Cum eo enim creuisset & pubesiam factus vellet cũ sacramento & nomine rem sacramẽti & nominis obtinere, & patri saltẽ conregnare, cum solus de iure regnare deberet, quasi eo coronato regnum expirasset paternũ, contra patrem intumuit, clámq; ad socerum Regem Francorum profugit, cuius virulẽtissimis adhortationibus instigatus in patrem, quo minus ius violaret naturæ exemplo est territus Absolonis. Pater, filij auersione comperta, ad regem Francorum misit, filium paterno iure reposcens. Ad hoc ille: Quis mihi talia mandat? Rex, aiunt, Anglorum. Et ille: falsum est, inquit. Rex Anglo-

Lib. 15. hist. Angl.

d. c. 4. q. 9 n. 6.

Neubr. rer. Angl. li. 2 c. 25

c. 27.

Anglorum ecce adest: per vos mihi nihil mandat. Si autem patrem huius, olim Anglorum regem etiam nunc Regem appellatis, scitote, quia ille rex mortuus est. Porro quod adhuc pro rege se gerit, cum regnum, filio, mundo teste, resignauerit, maturè emendabitur. Mox idem Henricus iunior, Francorum consilio, malum patri vndecunque moliens, parteis Aquitaniæ clam adijt, duos fratres impuberes, Richardum & Gaufridum, matre conniuente in Franciam traduxit. Comitem Flandrensem, rege Francorum annitente, sibi adiunxit. Tum multi potentes & nobiles, tam in Anglia, quam in partibus transmarinis à patre ad filium cœperunt deficere, ad motus se bellicos præparare, scilicet Comes Leicestrensis, Cestrensis: Hugo Bigotus, Radulphus de Fougerijs. His accessit truculentior hostis Rex Scotorum. *Et*: Mense Iunio finitimi principes Regem hostiliter adgrediuntur, reuera proprij odij causa, vt Rex Francorum, vel emolumenti, vt Comes Flandrensis. Porro rex Anglorum ad excipiendos tantorum hostium impetus, minus se poterat præparare, propter suorũ tumultus internos. *Magis ad rem* Polydor. Virgil. *dum passum asserit Henricum.* Henricus secundus, *ait*, filium Henricum tertium, septimum decimum habentem annum, regni consortem assumsit. Sunt qui prodant, regẽ esse passum ita legem sanciri, vt ipse & Henricus filius sic Angliæ regnum obtinerent, vt nemo post illius mortem regis nomen ferre intelligeretur, nisi quem Rom. Pontifex designasset. *De eodem, idem,* Becanus. *Causam enim cur rex Henricus factum illud fieri voluerit*, necessitatem *vrget & ita* coactionem *profitetur &* metum. Alia, *inquit*, causa fuit, cur id diceret, & verè diceret. Nimirum, vt peteret subsidium à pontifice pro defensione regni. Nam tunc temporis erat facta conspiratio inter filios regis, & alios quosdam rebelles, qui volebant Henricum regno exuere, & illius solium ac sceptrum sibi vsurpare. Igitur ipse in hac necessitate constitutus non voluit, &c. *Verba quoque alia eiusdem auctoris huius videntur efficacia, vt vel nolenti persuadeant, aut regem metu coactum, tale, in quò dominatus se fundat pontificis in regnum hoc, sustinuisse potius, quam spontanea voluntate, & libera fecisse, aut legatos pontificis periurium incurrisse. Audiantur formula.* Henricus secundus nequaquam legatos pontificis prius regni fines ingredi est passus, quam iureiurando promitterent, nihil se contra consuetudines quascunque regni præscripturos (*notauim*

c. 28.

Lib. 13. hist. Angl.

d. c. 4. q 9 n. 5.

Virg. d. lib. 13.

verbi, qua vis) id quod illi seu metu, seu muneribus adducti fecerunt. *Breue carmen, longum at epiphonema. Factum igitur, necessum concludamus, omne, esse contra consuetudines regni, esse contra ius, contra libertatem, contra naturam, esse nullum. De* Iohanne *sic scriptores. Ex* Virgilio: Philippus Rex, confestim cum vniuersis copijs in Normannicum agrum contendens, grauiter loca omnia deuastat, reductis in potestatem Conchis, Ruello & insula Andelina. interea Iohannes videns hostis malitiam nihil frigere, idque longe secus esse atque sperabat, Dei ac hominum fidem implorat, & imprimis cum Innocentio pontifice, de iniurijs, a Franco hostiliter sibi factis queritur. Iohanni, ob eiectos monachos sacris interdicitur ab Innocentio. admonetur a Pandulpho, legato pontificis, peruersitatem deponat. Sed nihil proficit legatus. Vrgentibus Anglicis Episcopis, pontifex a iureiurando populos absoluit, Iohannem regni administratione priuat, regem Franciæ cæterosque Christianos principes, Iohannem, tanquam Dei publicum hostem persequantur, admonet. Hinc infiniti in Gallia exercitus. Finibus quoque egrediuntur Walli, agros depopulantur. Philippus lubens exercitum cum classe parat. Iohannes, iam rebus suis penitus diffidens, vbi videt parendi necessitatem imponi, ad extremum imminentis periculi ac ruinæ mole oppressus, inuitus, grauissiméque iureiurando sponsionem facit se pontificis arbitrio staturum. Itaque non multo post, perinde vt Innocentius mandarat, primum diadema capiti ademptum Pandulpho legato tradit, nunquam id ipse aut heredes accepturi nisi a Pontifice Romano. Ex Mathæo Paris: Iohannem contumacem admonet pontifex. Totam Angliam ob contumaciam, interdicto includit, clam ex Anglia Londinensis, Eliensis, Wigorniensis, Bathoniensis, & Herefordensis abeunt. Iohannes nominatim excommunicatur: solio regni a pontifice deponitur: executio Philippo Francorum regi ab eodem mandatur. Scripsit insuper Pontifex omnibus magnatibus, militibus, alijsque bellatoribus per diuersas nationes constitutis, vt ad regis Anglorum deiectionem sese cruce signarent. Pandulphum ad Gallum mittit exsequatur. Pandulpho quandam pacis formam euidenter expressit, cui si rex assentire decreuerit, apud sedem Apostolicam poterit gratiam inuenire. Hæc autem pacis forma inferius descripta continetur. An. 1213. sententia in Gallia promulgatur. Iniungitur Franco & omnibus

d. lib. 15.

A. C. 208.

omnibus, Angliam hostiliter accedant, regem a regni solio deponant. Rex Francorum, rem diu desideratam intelligens, ad pugnam se accingit, atque omnes suæ ditionis homines, cum equis & armis, sub Felonia conuenire iubet. Facit omnes naues suæ potestatis, & alias multas, frumento, carne &c. muniri. *Et in oratione* Pandulphi *ad Iohannem optime continetur, quod sequitur:* Si sufficientem volueris præstare cautionem, iudicio Ecclesiæ parẽdi & humiliari pro ipso, qui se pro te humiliauit, poteris ex sententia sedis Apostolicæ, regnum recuperare (*amissum ergo ante subscriptionem, ante resignationem*) a quo pro contumacia Romæ abiudicatus fuisti. Iohannes, his auditis confusus est valde & mente nimis perturbatus, videns vndique periculum sibi imminere, metuensque (*est hac inter causas timoris secunda*) Francorum regis aduentum, verensque (*tertia hac est*) ne a magnatibus Angliæ & propria gente solus in campis relinqueretur, aut inimicis ad perdendum traderetur, his & consimilibus causis in desperationem prolapsus, persuasionibus Pandulphi adquieuit, & subscriptam pacis formam, non sine dolore, concessit. Rebus vt iam dictum est, expeditis, conuenerunt iterum rex Anglorum & Pandulphus &c. *Et breuiter & in summa quodammodo* Balæus: Iohannes *scribit*, Plantagenet, Anglorum rex, Henrici secundi filius iunior, cum in quosdam clericos, secundum ius patriæ, animaduertisset, clerici, omnes illi subditas gentes, Anglos, Gallos, Scotos, Hibernos & Cambros ad defectionem concitare. cum Rom. Pontifice etiam Innocentio tertio tandem agebant, vt execraretur, impeteretur armis, ac regia dignitate destitueretur. Vnde abreptis tum demum ab ipso principatibus transmarinis, Normannia, Aquitania, Cenomana, Turonia, Pictauia, & Andegauia, calamitosè coactus fuit seipsum, cum florentiss. Angliæ regno, pontifici submittere. *Hac ille. Sed ipse adsit* Becanus. *qui licet metum adfuisse planè & omninò neget, sui tamẽ oblitus, paucis interiectis verbis metum adfuisse planè & omninò affirmat, dum sic:* Scribit quidem Mathæus Paris, regem Galliç indignè tulisse hanc resignationem, sed aliam ob causam id factum est.

Script. Britan. cent. 3. c. 75.

d. c. 4 q. 9. n. 8.

Nam Rex ille, ad petitionem pontificis, magno sumtu instruxerat exercitum, quo Angliam pro eodem pontifice inuaderet, & Iohann. regem, qui adhuc rebellis erat, coërceret. *De metu belli igitur fuit, qui talis vt in hominem constantem cadere possit, & excusationem*

cusationem mereatur, irritumq; efficiat occasione eius quod gestum, vel ipso Pontifice *teste. Et sanè vix persuaderi queo, credam,* Becanum *metum hunc non vidisse, maxime, cum data opera, verba metus mentionem haud obscure facientia, omiserit. Sic enim ille ex* Math. Paris. Conuenerunt iterum Anglorum Rex Iohannes, & Pandulphus, cum proceribus regni, apud domum militum templi, iuxta Doueram 15. die Maij, in vigilia Dominicæ Ascensionis, vbi idem Rex resignauit coronam suam cum regnis Angliæ, & Hiberniæ, in manus domini Papæ. *At ipse* Paris *sic:* Rebus, vt iam dictum est, expeditis, conuenerunt iterum Rex Anglorum & Pandulphus, cum proceribus regni, apud domum militum templi iuxta Doueram 15. die Maij, in vigilia Dominicæ Ascensionis, vbi idem Rex, iuxTA QVOD ROMÆ SENTENTIATVM FVERAT resignauit coronam suam, &c. *Ex iam relatis cum satis superq; constet pontificis fuisse praescribere, regis tantum subscribere, & ita ex huius parte metum, recte & iure edicto pronunciabitur pratorio:* Quod metu gestum est, ratum non habebo. *Nec ipse sententia huic contradicere poterit* pontifex, *nisi contra ius alio iure vti voluerit, quam quod ipse in alio statuerit. Quale autem id audite* Polydor. Virgil. Innocentius Pontifex, sua autoritate decreuit irritum & inane esse, quicquid immunitatis Iohannes paulò ante, metu armorum, populo dedisset. *Donationem igitur* Becanus *vrgere vt possit, non video. Coactio enim & metus donationem causare vt poterit? Coactionem certe agnoscendo, agnoscat simul oportet, donationem irritam & nullam. Iuri repugnat & natura donationis. Quod in aperto & confesso. Ob ingratitudinem namq; donatio iam facta cum reuocetur, ob gratitudinem certe dabitur. Si ob gratitudinem, beneficium oportet pracedat. At hic Rex quod à Pontifice? Excommunicationem, depositionem, regni priuationem, nomine pontificis per Francorum Regis instructum exercitum inuasionē, ipso fatente* Becano. *Inimico num factam dicemus donationem liberàmue resignationem? Resignatione ex inimico factum amicum pontificem resignanti verba ipsa probant* Becani *quæ:* Cum postea, *habent* intelligeret *(Rex Francorum)* inter Pontificem & Iohannem per resignationem regni pacem confectam esse, egrè tulit. Donatio *insuper cum* modus *sit* adquirendi ciuilis *iuris, ius autem hoc contrarium iure supremo, nullum, in principio vt à nobis deductum, regni hac donatio nulla futura. Gladij enim vsum à Deo regibus datum & simul*

d.q.9.n.7.

Lib.15.hist. Angl.

d.q 9.c.4.n.8.

d.n.8.

simul pietatem tollere iam demonstratum. Quid quod & rerumpublicarum nulla habentur donatio.

Sed quid frustra desudamus in hoc refutando modo, cum Becanus *ipse eundem, vt irritum & nullum refutet non solum, verum ipsum pontificem omni beneficio priuet donationis possessionisue regni Anglicani, resignationem tam frequenter inculcando? Nihil sane aliud re-*signatio *est*, quam iuris quod quis habet abdicatio. *Probat vel ipsa natiua vocabuli significatio. probat vsus quotidianus: probat* iCtus Sebast. Medices, *qui:* Resignatio, *ait*, est sui iuris libera dimissio seu cessio, *qua & non infrequenter* Renunciatio. *Priuatio igitur. Vnde & intra terminos oportet versetur sui positiui. Ex illo enim cuius est priuatio æstimanda omnis venit priuatio. Natura & ratione testibus. Positiuum autem in persona regis illud, quod antea in re adduximus vlterius vrgere nolumus, volumus, ipsa resignatione regnum rediisse ad illum, resignans illud à quo habuit. Quod & testimonio aperto corroboratur* iCtorum. *Ex eorum namq; mente, resignans non prius amouetur à titulo beneficij quã constiterit ad eam resignationem accessisse superioris antistitis auctoritatem. Acceptari debet per superiorem, aliter non valet. Rata debet haberi, eamq; approbare eorũ est ad quos de iure collatio & institutio spectat eius quod resignatur.* Becan. *autẽ ipso pessime tamen, asserente ius suũ rex cùm habeat à populo, resignatione fateatur oportet* Becanus *ius cui resignatum rediisse ad ipsum populum, maxime cum idem adstruat, (at quam benè nostrum hic inquirere non est) inter regem & subditos mutuam esse obligationem.* Inter Reges, *inquit*, & eorum subditos est mutua quædam promissio & obligatio. *item cum resignatio ipsam interuallo temporis antacesserit donationem. Sic enim auctoritati cuius adquiescit* Becanus, Paris: Rex resignauit coronam suam cum regnis Angliæ & Hiberniæ in manus domini Papæ, cuius tunc vices gerebat Pandulphus memoratus. Facta autem resignatione dedit Papæ & eius successoribus regna prædicta. *Eo ipso igitur momento, resignatio quo facto, ius, quod resignatum, à rege priuatiue ad populum. Nec ipse existimo* Becanus *necessitati conclusionis huius contradicere poterit. Quia, vt dictum, mutua est obligatio. Hanc igitur resignationis faciamus subiectum, hanc resignatione asseramus tolli. Obligatione tali autem mutua sublata, vtraque certè quæ obligatione innodata pars, vno eodemq; momento redeat oportet ad id quod ante obligationem fuit. Res manifestissima, ipso quod ab eodem ibi-*

7

De definit. definit. 96. n. 1

Christ. Roffin de benef. c. 14. n. 30.
Ioh. de Grass. de rescr. Apost vers. Pius n 32.
Roff. de benef. c. 14. n. 52

c. 3. q. 3. n. 18 Contro. Angl.

dem adducitur exemplo. Compensatione *enim id fieri dicit, dum affirmat:* Poteſt & alio modo id facere, nempe per viam Compenſationis. *Compenſatione autem interueniente vno eodemq; momento debitum tollitur & creditum. Eſt enim* compenſatio debiti & crediti inter ſe contributio. *Cum autē hoc iam caſu noſtro compenſationis via obligatio illa ſublata fuerit: ſuperius enim adduximus teſtimonia* Iohannem regem *excommunicatum, regnum eidem abiudicatum: iam, vult, regnum ad ſubditos reuerſum: quia ijdem à Pontifice libertati reſtituti. Quod idem haud obſcurè innuit* Becanus *ſcribendo:* Inter reges & eorum ſubditos eſt mutua quædam promiſſio & obligatio. Nam ſubditi promittunt ſuis regibus obedientiam in rebus licitis & honeſtis: Et viciſſim Reges promittunt ſuis ſubditis fidam protectionem & gubernationem, quantum fieri poteſt. *(hic nota obligationem)* Sicut ergo ſubditi vinculo fidelitatis obligati ſunt ad obedientiam præſtandam ſuis Regibus: ita viciſſim Reges, vinculo fidelitatis obligati ſunt ad fidam protectionem & gubernationem præſtandam ſuis ſubditis. Si ergo reges non præſtent fidelitatem, ad quam iure obligātur, digni ſunt, vt nec ſubditi *(nota vno momento diſſolutio obligationis vnicuique ſuum quod eſt reſtituit)* præſtent ipſis fidelitatem, iuxta illud: Frangenti fidem, fides frangatur eidem. Ergo pontifex, qui vtriſq; præeſt in rebus ad ſalutem pertinentibus, poteſt mandare & decernere vt ſubditi non teneantur præſtare fidem Regibus, quando reges non ſeruant ipſis fidem. Nihil certius apud Catholicos. *Nihil igitur & certius, concludimus, apud Catholicos eſſe poterit, quam regnum Angliæ à Iohanne Rege neutiquam pontifici reſignari, neutiquam eidem donari potuiſſe. Quoad illud, impoſſibile priuatiuum efficiens poſitiui. Quoad hoc, impoſſibile alteri dari poſſe ab eo ipſe dans quod non habet. Et iure notum:* Neminem plus iuris in alium transferre poſſe quam quod ipſe habet. *Regnum igitur Angliæ feudum pontificis non eſt. Si dixerit, regni ius ad populum non perueniſſe, fateatur neceſſum, omnem ſublatam iuſticiam, omnem pietatem, gladio & legibus ſublatis, cum inter reſignationem & dationem momentum intercesserit, quo neque reſignans, neque is cui reſignatum vult, regnum habuerit. Ex parte illius, ſtatim poſt animum reſignandi, qui oportet ipſum antecedat reſignationem: ex huius, non niſi poſt factam dationem, quæ reſignationem tandem ſecuta; ſuperius vt ex* Paris. *Legi autem & obedientia, vel ad minimum temporis interuallum renunciari*

d, n. 18, q 3 c. 3

l. 1. ff cōpenſ.

d. n. 18,

nunciari posse, Theologus Becanus *haud dixerit. Cordatius quamuis omnis ex iam relatis facile concludere poterit, male adstrui à professore Moguntino & Cardinale Bellarmino. Regnum Angliæ esse feudum Pontificis, optime autem & iure à nobis* : Regnum Angliæ non esse feudum Pontificis : *tamen ne quid dubij alicui remaneat, nene in aliqua resp nsio deficiat, ipsa tandem videamus & examinemus, paucissimis, contrarium sentientes quibus nituntur auctorum testimonia. Primum quod occurrit sunt* Henrici secundi *verba, qui:* Vestræ, *scribit ad Alexandrum III. Pontificem*, iurisdictionis est Angliæ regnum, & quantum ad feudatarij iuris obligationem vobis duntaxat obnoxius teneor & adstringor. *Ex his verbis illi feudum adstruere, at frustra, conantur. Siue enim verba hac accipiuntur de feudo iam constituto, siue de feudum constituentibus : vtrumq; enim vult* Becanus : *illud, quia esse tantum dicit* testimonium, *verbaq; illa prolata, eo quod Pontificem agnosceret supremum Dominum illius regni. & quia cum* Bellarmino, Inæ regis *factum vsque respicit : & quia manifeste affirmat, quod* Ina, *regnum suum Romano pontifici vectigale fecerit. Hoc, quia ad hanc quastionem & horum regum factum quos d. quæstione digitum intendit, dum ait* : Ab antiquis temporibus regnum Angliæ est factum feudum Pontificis ex donatione regum, vt infra c.4.q.9. probandum est. *Accedit &* Polydor. Virgil. Sunt, *inquit*, qui prodant regem *(Henricum II.)* esse passum ita legem sanciri, vt ipse & Henricus filius sic regnum Angliæ obtinerent, vt nemo post illorum mortem regis nomen ferre intelligeretur, nisi quem Romanus pontifex designasset. *nihil tamen exinde sententiam contrariam iuuare quod posset. Iam constitutum non. Quia nullus historicorum eius rei maximi momenti, mentionem : quia, superius vt relatum, totum regnum testis contra : huic igitur iure omni, diuino etiam, magis credendum : maxime, cum hic, de quo, summa in necessitate constitutus verba illa scripserit : quia in re propria testimonium dixerit, cum, vt regnum seruaret, dixerit : nec opem ab Pontifice impetrare corona nisi renunciaret eandemq; pontifici traderet, potuerit. Caræ certe empta seruitus : Regnum dat vel datum asserit, vt seruet. Rigorosa nimis & inhumana pontificis caritas. Nec constituendum Quia de iam constituto altera* Becani *contradictionis pars. Quia ipse Henricus nequaquam legatos Pontificis prius regni fines ingredi est passus, quam iureiurando promitterent, nihil se contra consuetudines quascunque*

Margin notes: d.q 9 n.5. — d q.9.n.1. — d.q.9 n.11. — c.2.q.1.n.8. — Lib.13. — d.q 9.c.4,n.5 — Virg.lib.13.

 cunque

cunque regni præscripturos. *Quia* sunt qui prodant, *(iterum cum* Polydoro *loquimur)* Henricum secundum esse passum ita legem sanciri, vt ipse & Henricus filius sic Angliæ Regnum obtinerent, vt nemo post illorum mortem regis nomen ferre intelligeretur, nisi quem Romanus Pontifex designasset. Huiusce tamen rei annales Anglici neque meminerunt, nec Reges qui secuti sunt obseruantes fuerunt. *Quia verba ipsa contrarium innuunt. Demus tamen* Becano *hic constitutum, fateatur certè simul oportet, iam ante diem Constitutionis pontificem in regnum Angliæ, in spiritualibus quoque, non, sed regem habuisse Angliæ iurisd.* Ex hoc *enim* facto, *inquit*, donatione *nimirum, pontifex habet quod habet: Ex his verbis Henrici secundi, habet quod habet. Hoc autem si fatebitur, contrarius futurus pontifici, contrarius Catholicis, contrarius Henrico II. Sic enim* Adrian. Pont *in priuilegio, Henrico,* de Hibernia *inuadenda indulto:* Sane omnes insulas, quibus Sol iustitiæ Christus illuxit & quæ documenta fidei Christianæ susceperunt, ad ius S. Petri & SS. Rom. Ecclesiæ (quod tua etiam nobilitas recognoscit) non est dubium pertinere. *Et ad hanc* iurisdictionem, spiritualem *nempe, respiciens* Henricus, *scribit:* Vestræ iurisdictionis est regnum Angliæ. *Iurisdictionis* spiritualis: *non autem temporalis, quale omne feudum: Est enim vestræ iurisdictionis,* qua pastor ad dandam scientiam salutis plebi eius. *Sic enim verba:* Quoniam ergo vos extulit Deus in eminentiam officij Pastoralis ad dandam scientiam salutis plebi eius, licet absens corpore, præsens tamen animo me vestris aduoluo genibus, Consilium salutare deposcens. Vestræ iurisdictionis est regnum Angliæ &c. *Ipse quoque spiritualem intelligit & fatetur esse iurisdictionem* Becanus. Ab antiquis, *inquiendo*, temporibus, regnum Angliæ factum est feudum Pontificis ex donatione regum, volentium illud subijcere S. Petro, in recognitionem supremæ eius potestatis in Ecclesia, vt infra cap. 4. q. 9. probandum est. *Spiritualis autem & temporalis iurisdictio, natura infinitè cum differant, ipso* Moguntino *professore fatente:* Officium, *inquit*, Pontificis spirituale, Regis temporale: *Et iterum:* Duplex est primatus apud Christianos. Vnus politicus seu temporalis: alter Ecclesiasticus, seu spiritualis. Prior consistit in suprema potestate & iurisdictione, qua gubernatur respublica ciuilis: posterior in suprema potestate & iurisdictione qua gubernatur, Ecclesia. *Et iterum:* Isti duo primatus, spiritualis & temporalis,

Parisi. 1155.

c.2.q.1.n.8.

c.1.q.4.n.2.

c.1.q.1.n.1.

d.c.2.n.3.

talis, ex natura rei distincti sunt, cum habeant distincta officia & tribunalia, & alter ab altero separare potest. *Natura igitur cum diuersa, vt ab vno ad alterum legitime quid poterit inferri? Notum:* Ad separata à separatis nulla conclusio. *Falsum itaque futurum quod à* Becano *dicitur, esse nimirum hoc scriptum à rege, feudum vt esse Angliam pontificis fateatur, Angliam feudum pontificis constituat. Contradictionem quoque implicabit, hoc, cum illis iam dictis ex* Becano, *contulerimus. Spiritualem namq. iurisdictionem illam esse ingenue licet fateatur, idem tamen statim sui oblitus negat, dum ait:* Ipse (*Henricus secundus*) in hac necessitate constitutus, non voluit ab alijs regibus & principibus exteris, sed a Pontifice implorare opem, eo quod ipsum agnosceret supremum dominum illius regni, ad quem proinde ius defensionis ac protectionis proprie pertineret. *Ast nec spiritualem diximus in* fidelitate. d.q.9.c.4.n.5

Ad alterum descendemus testimonium, instrumentum, *quod est* concessionis *&* obligationis, à Ioanne rege *pontifici facta. De hoc primo in genere merito dubitamus an tale, quod ad probandum id ad quod adfertur, sufficiens. Magna enim & infinita in instrumenti illius editione, imò talis, qua de veritate rei omnem dubitare cogat, discrepans diuersitas. Diuersitas in inscriptione, in re, in subscriptione. Diuersitas in edente (quod ego legi) Alia enim editio* Bertrandi d'Argentr. *alia* Mathæi Paris. *Cuius fidei potius standum dubius hæreo. Illiúsne? Vir enim illustris fama & doctrina: spectabilis præses: antiquitatis indagator industrius. Fatetur ipse de se, se ad compilationem fidam historiæ magnæ Britanniæ exteras quoque nationes, & manuscripta consuluisse exemplaria. Huiúsue? Illius mallem, si liceret, magis quam huius. Hic enim* Benedictini instituti monachus: *qui de seipso testetur, quod, gestum fuisse ipse* audiuerit *simpliciter narrauerit. Quo autem id quod diximus fiat manifestius, vtque ex diuersitate vtriusque intelligatis, non causam esse diuersitatis errorem amanuensis, aut typographi describentisue, vtque excuser, si, mea ex parte, neutri fidem adhibeam, alterutrum nisi ex ipsis approbatum fuerit archiuis, vtrumque bona fide adferre placuit. Sic autem id refert* Paris, *& ex eo* Becanus: Ioannes Dei gratia, Rex Angliæ, omnibus Christi fidelibus, hanc chartam inspecturis, salutem in Domino. Vniuersitati vestræ, per hanc chartam, sigillo nostro munitam volumus esse notum, quod cum Deum & matrem nostram sanctam Ecclesiam offenderimus in multis, Bal. cent. 4. script. Britan. in præfat. ad Lectorem.

multis, & proinde diuina misericordia plurimum indigeamus, nec quid digne offerre possimus pro satisfactione Deo & Ecclesiæ debita facienda, nisi nosmetipsos humiliemus, & regna nostra, volentes nos ipsos humiliare pro illo, qui se pro nobis humiliauit vsque ad mortem, gratia sancti Spiritus inspirante, non vi interdicti, nec timore coacti, sed nostra bona spontaneaque voluntate, ac communi consilio Baronum nostrorum conferimus & libere concedimus, Deo & sanctis Apostolis eius, Petro & Paulo, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ matri nostræ, ac Domino Papæ Innocentio, eiusque Catholicis successoribus, totum regnum Angliæ, & totum regnum Hiberniæ, cum omni iure & pertinentijs suis, pro remissione omnium peccatorum nostrorum, & totius generis nostri, tam pro viuis, quam pro defunctis: Et à modo illa, ab eo & Ecclesia Romana, tanquam secundarius, recipientes & tenentes, in præsentia prudentis viri Pandulphi, domini Papæ Subdiaconi & familiaris. Exinde prædicto Domino Papę Innocentio, eiusque Catholicis successoribus & Ecclesię Romanę, secundum subscriptam formam fecimus, & iurauimus homagium in præsentia Pandulphi: si coram Domino Papa esse poterimus, eidem faciemus: successores nostros & hæredes de vxore nostra, in perpetuum obligantes, vt simili modo summo Pontifici, qui pro tempore fuerit, & Ecclesię Romanę, sine contradictione debeant fidelitatem pręstare, & homagium recognoscere. Ad inditium autem huius nostræ perpetuę obligationis & concessionis, volumus, & stabilimus, vt de proprijs & specialibus reditibus nostris prædictorum regnorum pro omni seruitio & consuetudine, quæ pro ipsis facere debemus, saluis per omnia denarijs beati Petri, Ecclesia Romana mille marcas Esterlingorum percipiat annuatim: in festo scilicet Sancti Michaëlis quingentas marcas, & in Pascha quingentas: septingentas scilicet pro regno Anglię, & trecentas pro regno Hiberniæ, saluis nobis & heredibus nostris, iusticijs, libertatibus & regalibus nostris: Quę omnia rata esse volentes atque firma, obligamus nos & successores nostros contra non venire: Et, si nos, vel aliquis successorum nostrorum contra hęc attentare pręsumserit, quicunque ille fuerit, nisi ritè commonitus, resipuerit, cadat à iure regni. Et hęc charta obligationis & concessionis nostræ semper firma permaneat: Teste meipso, apud domum militum tem-

pli iuxta Doueram, coram H. Dublinenſi Archiepiſc. Iohan. Noruicenſi Epiſcopo, Galfrido filio Petri W. Comite Sareſberiæ, Wilielmo Comite Penbroc. R. Comite Bononiæ. W. Comite Warenne, Petro filio Hereberti, Warino filio Geroldi. 15. die Maij, anno regni noſtri decimo quarto. *Sic alter ſupra memoratus,* Iohannes Dei gratia, rex Angliȩ & Hiberniȩ, Vniuerſitati veſtrȩ, per hanc chartam ſigillo noſtro munitam, volumus eſſe notum, quod cum Deum & matrem noſtram Eccleſiam offenderimus in multis, & proinde diuina miſericordia plurimum indigeamus, nec quid digne offerre poſſimus pro ſatisfactione Deo & Eccleſiȩ debitè facienda, niſi noſmetipſos humiliemus & regna noſtra, volentes nos ipſos humiliare pro illo, qui ſe pro nobis humiliauit vſque ad mortem, gratia ſancti Spiritus inſpirante, non vi interdicti, nec timore coacti, ſed noſtra bona ſpontaneaque voluntate, ac communi conſilio Baronum noſtrorum conferimus, & libere concedimus, Deo, & ſanctis Apoſtolis eius, Petro & Paulo, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri noſtrȩ, ac domino Papæ Innocentio eiuſque catholicis ſucceſſoribus, totum regnum Angliæ, & totum regnum Hiberniȩ, cum omni iure & pertinentijs ſuis, pro remiſſione omnium peccatorum noſtrorum, & totius generis noſtri, tam pro viuis, quam pro defunctis: & à modo illud tanquam feudatarij recipientes & tenentes, in præſentia prudentis viri Pandulphi, domino Papæ Innocentio, eiuſque Catholicis ſucceſſoribus, & Eccleſiȩ Romanæ, ſecundum ſubſcriptam formam fecimus & iurauimus homagium ligium in præſentia Pandulphi: & ſi coram domino Papa eſſe poterimus eidem faciemus: noſtros & heredes de vxore noſtra in perpetuum obligantes, vt ſimili modo ſummo pontifici, qui pro tempore fuerit, & Eccleſiȩ Romanȩ ſine contradictione debeant fidelitatem præſtare & homagium recognoſcere. Ad indicium autem huius noſtrȩ perpetuæ obligationis volumus & ſtabilimus, vt de proprijs & ſpecialibus redditibus noſtris prædictorum regnorum, pro omni ſeruicio & conſuetudine, quæ pro ipſis facere debemus, ſaluis per omnia denarijs beati Petri, Eccleſia Romana mille marcas Eſterlingorum percipiat annuatim in feſto ſcilicet Sancti Michaelis quingentas marcas, & in Paſcha quingentas: ſeptingentas ſcilicet pro regno Angliæ, & trecentas pro regno Hiberniæ, ſaluis nobis & heredibus noſtris, iu-

ſticijs,

ſticijs, libertatibus, & regalibus noſtris : Quæ omnia vt ſupra ſcripta ſunt, rata eſſe volentes atque firma obligamus nos, & ſucceſſores noſtros contra non venire : Et ſi nos, vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum, contra hæc attentare præſumſerit, quicunq; ille fuerit, niſi commonitus reſipuerit, cadat a iure regni. Et hæc charta obligationis & conceſſionis noſtræ ſemper firma permaneat : Teſte meipſo, apud domum militum templi iuxta Doueram coram H. Dublinenſi Archiep. Ioan. Noruicenſi Epiſcopo, Galfrido filio Petri W. Comite Sareſberiæ, Wilielmo Comite Penbroc. R. Comite Bononiæ, W. Comite Warenne, S. Comite Winton. W. Comite Arondel. W. Comite de Ferrarijs, W. B. Riuere filio Herberti, Warino filio Geroldi, 15. die Maij, regni noſtri decimo quarto. *In hiſce quidem, qualis, quantaq́; ſit diſcrepantia, facile vnicuique obuium : qua tamen haud rigoroſè attenta, fateamur & concedamus, illam ſolam eſſe veram & cum originali concordantem per omnia inſtrumenti formulam, quam ex* Math. Pariſ. *refert & tranſcribit* Becanus : *num tamen tanta virtutis & efficaciæ, vt exinde, quod regnum Angliæ ſit feudum pontificis euinci aut demonſtrari poterit ? Ait ille. Negamus nos. hoc quo melius probemus, illud manifeſtius refutemus, ſciatur volumus* duas inſtrumenti eſſe partes *præcipuas* : Conceſſionem *nimirum* & obligationem : *Sic enim verba :* Ad inditium autem huius noſtræ perpetuæ obligationis & conceſſionis volumus. *Et mox :* Hæc charta obligationis & conceſſionis noſtrę ſemper firma permaneat. *easq́; tanta affinitate iunctas, vt, hoc, conceſſio nimirum, niſi fuerit, alterum, obligatio nempe, ſtare nullo modo poterit, ſed corruat omnino. Habent autem & conceſſio & obligatio ſuas* ſequelas, *maioris euidentiæ & probationis vtrinſque cauſa à contrahentibus appoſitas.* homagium *ſeu* fidelitatem; annuam *certæ pecuniæ* penſionem : regni *in pœnam contrauenientis* priuationem. *Quæ omnia ex iam relatis manifeſtiſſima. Antequam autem in fundamentum omnium & totius inquiramus, conceſſionem nimirum, ſequelas appoſitas ad concluſionem feudi, ſeu ad feudum nihil omnino facere. Mentio fit fatemur, præſtationis annuæ. At quid hoc ad feudum? Eſt & in locatione, emphyteuſi, annuo legato præſtatio annua. Nullum tamen horum feudum. Quid quod præſtatio talis poſſit eſſe gratuita, ad feudi probationem & conſtitutionem nihil pertinens? Certam ſummam* Imperator *annuatim ſi præſtet & annumeret, vel alicui ſubditorum, vel*

Turcæ *pacis pro redemptione, num exinde imperium esse feudum iure aut ratione concludemus Turcicum? Præstitit olim &* Alexander imperat. *certam summam Germanis, teste* Herodian. *qui: Cum in his, inquit,* Alexander versaretur, decreuit tamen oratores ad illos *(Germanos)* de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem Romanorum quorum foret opus præbiturum pecuniasque daturum magna copia. *Et statim:* Quare Alexander pacem fœderaque potius ab illis emercari, quam periclitari bello tendebat: *pacificus numerans, non, Romanum imperium, feudum constituens. Vnde constat & frustra à denario sancti Petri quem vocant, ad feudum regni concludere* Baronium, *dum autoritate* Virgilij *& à particulari ad vniuersale argumentum faciens,* Rex, *inquit,* Orientalium Saxonum, sanctorum regum, suorum prædecessorum insignis pietatis æmulus, nolens illis se degenerem demonstrare, perpetuo pietatis monumẽto erga Romanam Ecclesiam fidem suam voluit reliquisse testatam. Nuncium siquidem remisere regno antecessores reges, Ceadualla & Huu, & peregrinantes Romam illic monasticam vitam amplexi. Iste vero, antequam se regno abdicaret, voluit illud Ecclesiæ Romanę vectigal iure perpetuo constituere, vt domus singulę singulos denarios annuatim S. Pètro penderent, sic deuincire populum suum studens, vt annui census pensitatione cognosceret, se subditum S. Petro. Ina nomen fuit huic Regi maxime pio. *Non enim nisi à necessario consequente argumentandum ad antecedens. Hinc & non vsquequaq; vera conclusio: iurat fidelitatem: Ergo habet feudum. Omnes enim subditi iurant fidelitatem regibus suis: & tamen non omnes subditi habent feuda à regibus suis fidelitatem quibus iurant. Dicit &* Becanus *reges iurare fidelitatem suis subditis. At tamen si concluderet, ergo reges sunt vasalli suorum subditorum, contra se concluderet, & re ipsa verissimum firmaret id quod supra de resignatione à nobis allatum: Quid quod ipse* Becanus *fatetur apertè à fidelitatis præstatione promissioneue non esse firmam conclusionem ad feudum. Fit enim, ob reuerentiam personæ cui iuratur, ratione nimirum officij spiritualis.* Pontifici enim, *ipse scribit,* tanquam Christi Vicario, reuerentiam & obedientiam præstant potentissimi reges: *ratio ibidem additur planior: quia* Pontifex habet plura sibi subiecta regna in spiritualibus. Nam ille tanquam vniuersalis Ecclesię pastor, toti orbi Christiano præsidet in spiritualibus. *Obligationem iam accedamus.*

Lib. 6.

9. Ann. A.C. 740. Greg. P. 3. 10. Leon. Isaur. imp. 25.

q. 3 c. 4. n. 18.

q 7. c 4. n 3.

mus. At quia hæc dependet ab ipsa concessione: non enim est, nisi ob feudum, ex mente Becani, *obligatio: non autem feudum nisi ex præcedente concessione. An autem facta fuerit, inquiramus oportet: aut qualiter facta.* Priuatiuè *factam contendit* Becanus: resignationem *enim vrget*: feudum *vrget; quod & probare videntur ipsa instrumenti verba ibi*: totum regnum Angliæ, & totum regnum Hyberniȩ, cum omni iure, & pertinentijs suis conferimus, & liberè concedimus: *&* à modo illa tanquam secundarius recipientes & tenentes: *Ponamus factam, quam tamen non factam statim probabimus; quid tamen commodi exinde ad Pontificem? Infinita summa, ad restitutionem cuius, regno Angliæ pontifex, & Ecclesia tenetur Romana. Concessione namq; tali denarius S. Petri deberi desijt: eleemosina vel munificentia regia esse desijt. Accessione namq; rei ad vsufructuarium, vsusfructus extinguitur: cum nemini res sua seruiat, nemoq; sibi ipsi debere quid iure possit. Nec renouatio contractus locum habebit, cum esse desierit rei.* Non entis *namq;* nullȩ sunt qualitates. *Mutata certe natura totaliter, & munificentia olim quod fuit, coactionis iam fit. Metu igitur & vi extortum quod est, restituatur. Irritatur &, hac positione admissa.* Virgilij *testimonium & auctoritas* Inæ *Regis factum adferens. Esse enim desijt id, ab* Ina *constitutum quod fuerat. Imò nec vnquam fuit tale quid factum à* Iohanne, *concessio eiusmodi ex quo probari valeret. Licet enim expresse dicat instrumentum*: totum regnum Angliȩ, & totum regnum Hyberniȩ, cum omni iure & pertinentijs suis: *num tamen exinde priuatiue facta concludetur? Probibet ratio quæ in dicto instrumento est, in verbo*: Conferimus: *Præterquam enim, quod* conferre est quasi alienare, *& gratiam facere: quod vitietur vltra modum si facta collatio concessione; nota tamen insuper quoque regula: actionem modificandam (quæ hic in verbo conferimus, concedimus) secundum subiectam materiam, cum, vt supra ex* Scholasticis, *agentis vires non ex se, sed ex patiente æstimanda. Quæ autem hic res? Talis, de qua iCtus*: Immunitatis concessio à Cęsare emanata contra verita iuris non subsistit, quia publica obsequia fraudulenter lędit. *Sed demus iterū, hoc in instrumento non iam prolato modo intelligendum, aut restringendum, num tamen iam priuatiua collatio? Nulla certe. Adiecta enim est clausula saluberrima, totius concessionis & collationis euersoria: ibi*: saluis nobis & heredibus nostris, iusticijs, libertatibus, & regalibus nostris. *Clausula*

Ioh. de Selu. de benef. q. 11. p. 2. n. 10. Lanc. Gal. de statut. q. 2. n. 8.

Ægid. Thom. de Collect. n. 22.

ſula ſaluo iure, *operatur, quod conſenſus non præiudicet. In conceſſione igitur concedenti reſeruata ſunt, nec pontifici collata:* iuſticium, *id eſt, poteſtas gladij, ſeu iuſticia adminiſtratio, ſeu iuriſdictio, non quæuis, nec demandata aut delegata, ſed illa tantum quæ concedenti, regi nimirum, natura, vel à Deo data.* Libertates, *naturales, vt rex neminem recognoſcat ſuperiorem, & ita legibus omnium ſolutus, ſuo tantum arbitrio relictus: vel magis rationi & ſcripturæ ad omnia conſonum, iuſticium, h. e. ipſum regere: libertates i. e. ipſum defendere: vt in quo ipſum eſſe conſiſtat & forma regis regniue. ad ſcripturæ pro huius prouocantes teſtimonium:* regalia, *ſeu directa coronæ iura, vt* Wineus *vocat regalia: quæ & ſumma imperij iura: iura regni. iura maieſtatis: iura ſummi imperij: quæ certe nihil aliud quam regnum, vt ex ſuperius relatis manifeſtiſſimum. Non igitur obſtat, quod conceſſio fiat* totius regni Angliæ, & totius regni Hyberniæ, cum omni iure, & pertinentijs ſuis. *Operatur enim clauſula* cum omni iure & pertinentijs: *ſi de iuribus & pertinentijs aliter non conſtet. Repugnat quoque conſtitutioni feudi* de non contraueniendo *mentio. Clauſula namq;* de non contraueniendo, *ipſum auctorem tantum ligat, non alios ſuo iure interuenientes,* inquit Phanucius *à* Phanucijs. Indubitatum *igitur*, regnum Angliæ non eſſe feudum Pontificis: *quia conceſſum illud nunquam pontifici, ſed virtute clauſulæ quoque ſemper apud reges remanſit. Si ſemper, vt ſemper, vt feudum? Quod ſemel meum, meum amplius fieri nequit. Nec res ſua alicui ſeruit. Addamus & hac quod optime quadrans huic* Arnulph. Raze: Aperta collatio, Papæ, medio reſignationis facta, eſt nulla.

Celſ. V[illegible] Clauſul. n. 303. l. 4 §. 1. ff. quib. mod. pign. ſolu.

De Abalien. feud. f. (mihi) 284. lin. fin.

Roſenth. de feud c. 5. concl. 7. n. 2.

Q. Curt. Cicero. Liu.

Celſ. Vgo de clauſul. n. 264. Br. in l ſi ſic. § 1 ff. leg. 1.

De inuent. hered. p. 7. n. 140

De iur. regal. priuil. 44. n. 1.

Iure *itaque, tam* diuino, *quam demonſtratum* humano, *falſo adſtrui:* Regnum Angliæ eſſe feudum pontificis, *refutatusq; proprijs argumentis* Becanus, *Licet enim* à Becano *dicta, multa, vel* falſa *vel* dubia: *vti tamen ijs, contra eundem, placuit. Firmiſſima, ſcitis ex* Cicerone, Antonij *contra* Antonium *auctoritas: contra alium quantumuis nulla. Concluſionis loco addamus: tam ſollicitos ſemper* Anglorum Reges *fuiſſe in defenſione* libertatis *ſuæ coronæq;, vt, timentes & ſuſpectam habentes Pontificis cupiditatem & amicitiam, eandem iuramentis legatorum pontificiorum à ruina vindicare ſtuduerint. Sic enim verba* iCti *annal. rer. indicatarum: Die Sab. prox. poſt feſtum Purif. beatæ Mariæ*; en la parliament chamber, *le Chauncellour* demaunda de les iuſtices, que ſerr. fait de le alom.

Report. 1. n. 1. H. 7. n. 10.

 que

que fuit pris per Engl. de le Florences cy en Engleter, pur ceo que le saint pier le Pape auer maund dexcommenge touts ceux, que attach. le dit alom. de les Florences &c. Et fuit dit per plusiours *des iustices*, que quant les marchandizes, veigne en le terre per le safecundit le roy, que le roy deuoit este safegarde a les marchaunts, que ils ne serra dispoiles deins son terre, & principalment per ses lieges. Et mon seigniour *Hussey* disoit, que en temps *Ed. le IIII.* vn Legate fuit a Calice, & mist al roy pur auer son garde pur ven. en son terre, & donquez en le pleine counsell deuant les seigniours & Iustices fuit demaund, que serra fait: Qui dis. que serra maund al Legate, & si que il voile iurer, que il nauer riens port oue luy, que serra en derogation del roy, & de son coron, que il auera licence, ou auterment nemy. Et Leuesq; de Ely issint fait s. Legate, qui est icy a ore, iurer a Calice, que il nauer ascun chose, que serra præiudicial al roy & a son coron. *Et mox:* Et le *chiefe Iustice* dyt, que en le temps *Ed. le prim.* le Pape mist letters al dit roy, que il prendra peace oue Scotlande, que fuit tenus de luy, & que il mittera le matter a luy. Et le roy per aduise de son counsell escript al Pape, que il ny auer en le temporalte ascuns persons suis luy, eins que il est immediat al Dieu &c. *Et iterum ibidem:* Et Leuesq; de Loundres disoit, que il veiest en temps le roy *H. VI.* que quaunt le Pape mist letters que fuer. en derogation del roy &c. Et les Espirituels nausent parler de ceo, que *Humfrey Duke de Gloucest.* prist les letters & mist eux en fieu, & ils fuere arses.